

THESES PERIPATETICÆ

Quas

E TOTO CVR-
SV PHILOSOPHI-
CO SELECTAS

IN CATHOLICA CELEBER-

rimaque Ingolstadiensi Academia

Gasper Wenz DVO JSC Radevian.

E SOCIE TATE IESV

ad publicam disputationem.

P.P.

A. S. C. 1593. Kalend. Iulijsc.



INGOLSTADII,

Typis ANDREÆ ANGERMARIÆ.



THEISIS PRIMA.



Philosophia, quæ est cognitio rerum ut sunt, tanquam totum per accidens, in Practicam seu Moralem, & Theoricam; hæc pro diuersitate abstractionum à materia trifariam in species subalternas distinguitur. Siquidem Physica à materia sensibili singulari; Mathematica ab eadem universalí quoq;; Metaphysica etiam ab intelligibili abstracta. Sensibilis autem dicitur materia prima affecta qualitatibus sensibilibus; Intelligibilis, eadem, puf sine illis consideratur.

Ex Logica.

2. Logica non est pars Philosophiae; sed habitus instrumentalis, vniuersim practicus, Intellectualis, Verus, Demonstratiuns, de mentali modo differendi, qua tali velut de subjecto attributionis; praxin eiusdem pro fine principali adæquato & intrinsecò sibi vendicans. Neq; tamen à vero aberrauerit is, qui Instrumentum sciendi, vel secundo intentionaliter, vel in quantum est ens rationis pro obiecto assignauerit.

3. Artificialis Logica non est simpliciter physicæ ad villam Scientiam necessaria. Dividitur à plerisque in Docentem & Operantem: ab illa, vnicâ physicè procedunt iudicia de modis differendi quoad formam, non modo exercendis recte, sed etiam exercitis; ab hac eorundem praxis effectuè proficiscitur. Utens Logica est qadæcum cum Topica & Sophistica Docente simul & Operante.

4. Vniuersalis materiale significatum est natura extra intellectum affecta formalivnitate, qæ essentia re potest esse vna in multis, formale verò est relatio rationis, secundū quam illa non nisi abstracta per intellectum possibilem de particularibus eadem ratione prædicatur. Quinq; species recte à Porphyrio traditæ vniuocè conuenient in formaliatione Vniuersalis. Nullum individualium vagum est vniuersale. Actualis plurium particularium existentia vniuersali contingens est.

5. Decem Prædicamentorum diuersitas non exigit distinctionem ex natura rei. Substantia directè concreta diuina; cætera tam concreta, quam abstracta continent. Illi propriæ sunt actu existere perse, & secundum sui mutationem suscipere contraria, ita ut eadem numero maneat. Quantitatis differentia sita est in aptitudinali extensione partium in ordine ad se & locum, cum repugnaria penetratioris. Actualis autem est modulus subiecti extensi. Sola linea, superficies & corpus sunt species vniuocæ quantitatis.

6. Omnis creata relatio ponitur in prædicamento ad Aliquid, solumq; ratione à subiecto proximo differt, nonnunquam re à fundamento. Quæ transcendentes dicuntur sunt differentiae essentiales rerum absolutarum dependentium ab alio ut à causa. Non relationes, sed relata diuiduntur in ea quæ sunt secundum E s s, & ea quæ secundum Dicr.

Solius

è toto cursu Philosophico.

Solius primæ speciei membra in Qualitate essentialiter distinguuntur: Figura effectuè per emanationē à Quantitate resultat. Vbi, Situs & Passio intrinsecè; Actio, Quando, & Habitus extrinsecè ferè denominant substantiam primam.

7. Concepimus non sunt signa propriæ dicta: iis mediantibus voces & scripta res ipsas significant Nomen à verbo essentialiter distinguuntur. An vocula È s t sit in omni propositione verbum problema esto. Enunciatio mentalis tribus conceptibus constituitur. Contradicentes de futuro contingentis sunt determinatæ veræ vel falsæ ex parte significationis, indeterminatæ ex parte rei significatae.

8. Definitio Aristotelica syllogismi conuenit etiam ei, qui ex præmissis aperte falsis conficitur. Omnes ratiocinationes constantes terminis communibus innituntur principiis illis, quæ vocant Dici de omni & Dici de nullo. Earum tres sunt figuræ, quarum prima diuina habet modos indirectè concludentes. Inductio est formalis argumentatio, si singulorum particularium in ea enumeratio fiat. Plures sunt, quam vulgare quatuor species Syllogismi.

9. Probari in Logica à priori nequit, quod demonstratio parat scientiam. Eius tria sunt præcognita: de Passione Quid nominis tantum; de Subiecto, etiam Quod sit incomplexe; de Principiis verò idem complexè præcognoscendum est. Ad demonstrationem Proper quid sufficit causa Metaphysica, nec requiruntur propositiones formaliter immediatae. Prædicata essentialia possunt demonstrari à priori per aliud causæ genus.

10. Scientia experit omnimodam certitudinem ex parte subiecti, medijs, atque obiecti. Conclusio scite negatiuè æterna sit oportet: Ex vnicâ mediorum differentia colligitur specie distingui scientiam. Sicut fieri non potest ut cognitio euidentia atq; inevidens simul circa idem obiectum uno subiecto continetur, ita eadem de re practicam & speculative dari non repugnat. Habitus principiorum re differt ab intellectu.

Ex Lib. Physicis.

11. Physicæ obiectum commune est ens naturale; Attributionis corpus mobile ut sic. In definitione Principiorum per voculam Ex solam partem componentem denotatam accipe. Materia quæ est pura potentia subiectiva diuina carere potest omni forma substantiali; sed non accidentalis; cur idem naturaliter non contingat nequam ipsius materiae, sed creatorum agentium imbecillitatì ad scribendum est.

12. Aristoteles definitione Naturæ solam formam descripsit; quæ cum sit actus materialis, eidem iuncta vno substantiali modo compositum re à scipla subiecto que signallat summis diuersum constituit. Omnis forma corporis, si animam humanam excipias, sit dependenter à materia. Implicat contradictionem, ut nullum compositum creetur. Prioratio formæ acquirenda est principium esse generatiois. Malè à quibusdam in Remotam & Proximam tribuitur; formaliter est ens rationis, habetq; rationem Principij cum existit.

13. Materia & forma absolute, si loco non sint sciunctæ, compositum causant perversionem; illa sustentando; hæc informando. Neutrius proinde causalitatem potest Deus supplerre se solo. Forma materialis à subiecto pender generatione passiuæ. Causa secunda respectu prima non est instrumentum pressè sumtum. Actio utriusq; coniuncta eadem numero est. Omne ens à Deo immediate sit non modo productione primâ; verum etiam conseruatione directa; quæ interdum sola ratione nūquam realiter distinguuntur.

14. Sola accidentia quæ sunt in passo immediatè in virtute principis causa effectuè

A. 2

attin-

Theses Peripateticae,

- attinunt genitum; quorum actio non est ab illius causalitate re diuetsa. Ideā interna est conceptus formalis, praefinitissimum agenti libere subsidium. Rationem finis participat omne bonum qua tale, idq; secundum esse reale intentum. Vt eadem materię naturę vi à pluribus formis substantialibus adaequatis simul informari, eademq; forma pluribus vniuersitatis nequit; ita nec vaus effectus plura agencia totalia eiusdem ordinis admittit; nihil tamen horum contradictionem implicat.
15. Motus Aristotelis est ens per accidens ac successiuus in sola ratione ab Actione & Passione differt. Nulla actio est modus substantialis. Mutatione adaequata summa essentiali, ter inuoluit durationem subiecti sub termino à quo. Motus præstè sumus non est p se, nisi ad Qualitatem, Quantitatem, & Vbi. Sumit serè specificam distinctionem instar Actionis à diversitate speciali terminorum. Ad quos; numericam etiam ab agentiū differentia.
16. Vtrum motus sui inicio habeat indiuisibile aliquod, an non, perinde difficile ac probabile est. Res permanentes incipiunt intrinsecè desinuntque extrinsecè; successione autem excepto motu, si is adaequata sumatur, incipiunt pariter ac desinunt extrinsecè, Animata à seipso; Inanimata à generantibus. Projiciā impetu impresso mouentur, nec ante reflexionem quiescent, si obstatum, aut continuū motum aut in puncto tanguntur. Indiuisibile separatum ab agente naturali loco moueri posset.
17. Locus propriè dictus est superficies corporis continentis immobiles, immobilitate priuatiua, q; frusta in consultis sensibus, aut vbi intrinseco ab entibus factis desumes. Omne ens materiae naturaliter est in loco circumscriptuo tantum; aliquod supernaturaliter in definitiō, sine quo sp̄itus esse nulla ratione potest. Idem duobus in locis adaequatis à Deo posse constitui certum est; à quo solo vacuum fieri non repugnat; vbi tamen motus localis neque naturalis inanimatorum, nec progressiuus animotorum viribus naturæ, neq; instantaneus diuinis dari posset.
18. Duratio cum existentia & redurante cui iungitur eadem est realiter, qua cum etiam vno prædicamento continetur. Aeternitas nulli creaturæ communicari potuit, Aequum incorruptibilis proprium est. Tempus est duratio motus primæ sphæræ, sic numerata, vt sit mensura generalis ad materialium rerum successivas durationes.
19. Quantitas emanauit ex materię primo creationis eius instanti; cui etiam nesciū indissolubili iungitur. Si Mathematicis credimus partibus proportionalibus syncategorematice infinitis constat. Eorum nullam habet actu. Per diuisionem continui non resultant noua indiuisibilia. Lineæ & superficies realiter à corpore, Instantia & Mutata ab ipso quoq; Deo fieri nequit.

Ex Lib. de Cœlo.

20. Mundus licet perfectus sit quantitate, virtute, ac finis consecutione, ornari tamē ab auctore suo aliis atq; aliis rerum essentia diuersarum specieb⁹ posset absq; fine. Idem ad sui eternam conseruationem in hoc quecum tenet statu non egeret peculiari Dei cursu. Cœlum est corpus per se incorruptibile, habens non modū formam quæ est proprie dicta Aristotelii natura; sed etiam materię diuersa speciei à sublunaribus.
21. Viuentia omnia cœlo præstant; quoram illa quæ ex putri passo sunt essentiam eandem cum relquis habent. Terra est centrum vniuersi, rotundum, immobile. Elementa symbolas qualitates motrices numero tantum diuersas diuerso in gradu partici- pant.

Et toto cursu Philosophico.

part. Motus naturalis inanimatorum sub fine in velocior esse consuevit, ob superadditam à forma substantiali vim impulsuam.

22. Astra vnius sunt cum sphæris suis totalibus essentiæ, carenturq; contrariis motibus impetu ab Intelligentiis assistentibus recepto. Sublunaria ab his nec conseruantur direc̄te, nec essentialiter in agendo dependent; iuuantur tamen plurimum instrumentis nobis etiam minus notis. Primæ & secundæ qualitates solis corporibus, quæ natura suā corrumpuntur, insunt: Quantitas vnde, raritas, densitas, & lux cādem ratione omnibus communicantur.

Ex Lib. de Generatione.

23. Vulgata definitio Generationis est *Mutatio totius in totum* &c. ex mente Aristotelis quidem arbitrantis ira fieri generationem omnem, ut præsequatur corruptio: sed recte dicitur esse Mutatio subiecti à priuatione ad formam. Vt etiam actio & passio est; per eam vnitur forma Materię. Vnus præterquam in homine cum formā producitur eadem actione.
24. Ex dicto Aristotelis *Generatio vnius est corruptio alterius* &c. non sequitur Viuentis de mortuo produci formam cadaveris; ad huc enim auditas materię formis partialibus tegitur. Destructio compōsiti accidentia inherētentia non vna pereunt, quia non in compōsito toto, sed in materia vel immediate, vt Quantitas, vel mediae per quantitatem si corporea sint inherētent.
25. Alteratio est mutatio subiecti sensibilis &c. & sic descripta habet Qualitates tertie speciei pro termino, restringit. etiam ad solas primas Qualitates; plerumq; generationem, que illius extrinsecus terminus est, præcedit. In Intensione additur gradus de novo producitus ad gradum præexistentem homogeneum in cādem parte subiecti, in Remissione indidem auferitur: Potest intensio fieri in instanti, si agens nil moretur.
26. Augmentatio formaliter est vno seu continuatio Quantitatis maioris, quam amissa sit, cum Quantitate Viuentis augescentis, Diminutio minoris. Vtraq; per discretā instantia, & non successiuē sit. Rarefactione nulla Quantitas producitur, nec condensacione destruitur, sed modus Quantitatis vtrique fit alius, quam ante fuerit.
27. Contactus cuilibet agenti in passum vel virtutis, vel suppo siti necessarius est, ne detur actio in distans. Ad actionem sine victoria præter contactum nil amplius requirendum, quam vt passum sit potentia tali, quale est agens actu: si superauerit agens passum actuitate, cum victoria fiet actio.
28. Agens intra sphærām passi deprehensum, repatitur ab eodem ad eandem partem, & contrarietatem. In Antiperistasi Qualitates intenduntur, aut emanatione à nativa forma, aut impedita exhalatione à condensatis partibus, aut reflexione, repulsa nimis directa actione ab obſidente contrario.
29. Mixtio est vno materialium miscibilium, & formæ productæ cum iisdem virtute non actu manentibus elementis in mixto. Qualitates elementorum attemperantur in mixti proprietates re non diuersas ab ipsis Qualitatibus nisi fortè secundum magis & minus. Elementum formaliter per Qualitates constitutur. Est enim compōsitus accidentarium. Octonæ omnibus elementis datae Qualitates, binæ singulis, remissa una, altera intensa.
30. Generantur promiscuè ex se mutuò elementa & ex eorum quolibet fieri potest quodlibet, facilius symbolica, inter se transmutantur: ex asymbolicis inter se agentibus

Theses Peripateticae

tibus potest produci tertium ab utroq; diuersum; Naturaliter quod corruptum est redire nihil potest; diuinæ potestate posunt quæcunque interierant denuo eadem numero produci tam successiva quam permanentia.

Ex Meteoris.

31. Meteora ferè sunt mixta imperfecta, vt tribus primis lib. ab Aristotele proponuntur, facta & coalita ex duplice halitu aquoso vel terrestri, quorum hic Exhalatio, ille vapor dicitur, cum ad secundam aëris regionem ecclesti calore extrahuntur, resoluuntur aut in pluviis, grandines, niues, nebulas &c. subsidunt etiam humi non raro vt ros matutinus generetur. Tōnitru est sonus ac murmur nubis cum terrestri halitu genitum fulmen intra illam accensum eluctari molitur.

32. Ventus fit cum agitat aër deprimente ex halarione frigida. Apparentia Meteora. vt Iris, Halo &c. varia luminis reflexione sunt nube ita disposita, vt opacitate impediant radii, & teuerberentur. Laetus circulus est in ipso firmamento, vt melior fuit sententia Mathematicorum. Nebula partibus crassioribus, & siccioribus nubis constat. Aestus marinus ascribitur Luna.

Ex Lib. de anima.

33. Anima est actus primus corporis organici potentia vitam habentis &c. constituenta compositum animatum; vna re in quois viuente est; licet minus nobilis præstantiorum in eadem materia præte soleat cum homo generatur aut brutum. Sunt tria genera animalium, Vegetatiua, Sensitiua, Rationalis; haec sola vniōne materiæ diuisibili adaequatur, ceteræ etiam partibus entitatis, in quas diuisibiles sunt. Anima vegetativa omnies virentes plantarum partes, Sensitiua & Rationalis, eas, in quibus vitalis operatio viger, informat.

34. Vegetatiæ potentiae cum viuentium temperamento calore potissimum eadem videntur esse. Varietatem ab actibus appellantur. Nutritiua pro obiecto habet substantiam alimenti; Augmentatiua Quantitatem viuenti continuandam; Ex residuo se men conficit Generatiua. Augmentum animatorum in infinitum abire nequit, si cut nec decrementum; diuinæ tamen potentiae nihil circa id derogamus quoad magnitudinis terminos; licet quoad patuitatis limites res sit ambiguè probabilis; veritatem tamen est sententia certos affirmans.

35. Sensitiæ potentiae realiter inter se & ab anima discrepant. Tria genera numerantur, Sensus, Apperitus, Locomotiuia. Species ad sensendum requisitas unaquæque potest intrare recipit, alia ab obiectis productas in externum sensum, alia ab expressis speciebus exterorum in internum, & sic patiuntur. Agunt vero quando suās ipsæ operationes sine partiali efficientia specierum exercent.

36. Visus humorem chrystallinum occupat; Lucem & colorem pro obiectis habet, versus & apparenſ color sunt re & species essentiali distincti; ille principiis effectu oritur luce, opacitate, perspicuitate: hic iisdem sed componentibus; à quibus proinde non differt. Lux est actus lucens à se; à lumine accidentalí discrimine separatur, quia subiecto proprio, illud alieno inest.

37. Auditus in aëre innato subiectatur: percipit sonum productum à duobus sonantibus clidentibus corpus medium; sonatio à motu lationis distincta actio est. Sonus intentioniter defertur per medium. Echo eiusdem numero soni per species ab obstanti corpore

et toto cursu Philosophico.

corpoſe reflexas fit. Olfactus in mammillaribus processibus nasi ſiſt, odores ſapere realiter, potest tamen etiam intentioniter diſpersos ſentire. Gustus in lingua palatoq; ſapit: Tactus in nervis & carne per totum corpus ſpargitur.

38. Nullum ſenſum falſe erroris ſenſibilis proprij, aut communis, obiecto, medio, & organo recte diſpositis; facilior tamen in communi, quam proprie trium horum fallacia eſt. Sensus interius unus re eſt, officiū ſtantum numerosus, ſecundum quæ varietate diuiditur, vel in ſenſum communem, vel phantasiam, vel memoriam: Aſtimatiua non recte exiſtimatur; nam res ignota ſenſibus praeter illorum actus, videntur eſſe ſub intellectu obiecto comprehendenda.

39. Somnus eſt ceſſatio ſenſus interni & externi propter vapores alimenti frigescētis in cerebro, & obſtruenteſ spiritibus animalibus viam, vel propter vigiliam intensiorem & defectum cibi, quibus ſpiritus consumuntur, aut ad cerebrum redeunt. Actus & potentiae diſtinguuntur per obiecta & prädicamentalem relationem ad obiecta inuolunt accidentaliter, transcendentalem, ſive aptitudinalem essentialiter; actus in diuersis potentiis & ſubiectis re ſunt diuersi; ſpecie, in diuersis ſpecie potentiis, & circa diuersa ſpecie obiecta; numero, diuerto tempore eliciti.

40. Rationalis anima, verè informat: multiplicatur ratione ſubiectorum corporum; increatur corpori poſtitis ad eam diſpositionibus completiſ; habet tres potentias peculiariæ, Locomotiuam, Intellectum, Appetitum; nam Memoria & Reminifentia ab intellectu non ſunt diuersæ, intellectum duplē, Agentem & Patientem ſicut ab anima, ita inter ſe diſtinguiuimus realiter. Species non effectu concurrit ad verbum mentis, probabilius eſt ſpeciebus ſingularia repræſentari, & abſtraktionem omnem ſcribi ab intellectu poſſibili.

Ex Metaphysica.

41. Vniuersalissima, & præstantiſſima inter ſcientias ſpeculatiuas eſt Metaphysica. Cōſiderat Ens, quod pro ſubiecto Communitas habet latifimè ſumum; pro Attributis, prout eſt reale & per ſe; pro perfectionis, cuius aliquam ſubiectiuam partem magis præcipuum, vt Deum &c. Formalis ratio ſub qua de ente agit, eſt abſtractio ab omni materia.

42. Ens partim analogum eſt attributionis, & ſic eius conceptus formalis vnuſ aliquo modo eſt re & ratione, präcibus à conceptibus formalibus particularium; ſubiectiuum vnuſ quoq; eſt: ſed non per extrinſecam tantum denominationem à formalis, verū et iam intrinſecam à forma principalis analogati. Partim eſt analogum proportionalitatis, & ſic conceptum ſubiectiuum vnuſ habet proportionalitate tantum non vniuocatione.

43. Ens cum existentiam ſignificat, de ſolo Opt. Max. Deo prädicatur essentialiter; ſed cum Eſſentiam de differentiis vltimis, & omnibus rebus in Quid enunciatur; prädicatum commune Deo & creaturis eſt vtraq; analogia attributionis & proportionalitatis. Prädicacionem vniuocam de iis, quæ ſub codem genere cōtinentur, Ens non admittit.

44. Enſuratioſis concretum eſt, ſicut alia eiusmodi; cuius materiale ſignificatum nullam à parte rei veram existentiam habet, adeo que non ens, ſive nihil ſit, neceſſum eſt. Hinc communiter reſtē deſcribitur; Id, quod praeter ſubiectiuam in mēte humana nullam à parte rei veram ac realem existentiam habet. Formale eiusdem eſt extrinſeca denomination ab animi conceptu, qui eſt, vel ſaltem potest eſſe ſubiectum alicuius veræ enunciationis.

45. In-

Theses Peripatetice è toto cursu Philosophico.

45. Inter passiones entis non physicas quidem villas, reciprocas tamen, numerantur Vnum, Verum, Bonum. Vnum est ens in se indivisum: formaliter est negatio, quam præter nihil addit Enti; non enim divisio negata ab unitate negatio est, vt ita ex duabus fiat affirmatio, per quam aliquid posituum praedicari oporteat de ente.

46. Vnum velin per se, & per accidens; vel in unum simpliciter, & secundum quid dividitur. Unitatis in communi species analogæ sunt Prædicamentalis, Transcendentialis, Numeralis, Formalis, & Universalis; hanc habet obiectus in abstractione universalis naturæ non formalis conceptus. Præcisionis unitas, quam nonnemo recentiorum tenet, fictitia est.

47. Distinctio duplex est Positiva & Negativa; per illam positiva Entia differunt, per hanc negativa, Positiva vero bisariam sua generali distinctione possunt discrepare. Primum re, seu ex natura rei, sive à parte rei, & ante operationem intellectus. Secundum ratione, quæ non nisi per intellectum conuenit rebus, & extrinsecè. Distinctio à parte rei seu realis exequioccè validè multis accipitur. Clarissimum est, ut eam appellemus realem distinctiæ, quam habent quæcunque quacanque potentia inter se separari possunt.

48. Distinctionem aliam, quam nonnulli Formali, alijs ex natura rei appellant, qua differunt, quæ non vicissim separari possunt Modalem dicere possumus. Rationis distinctio bipartita est: una est rationis ratiocinantis, ratiocinante altera; illam sine fundamento in intellectus communisicitur; huius aliquid in ipsa re fundimenti habet, ut per eam unam rem duobus conceptibus distinguat.

49. Veritas ut sit passio conuertibilis cum Ente, adæquatio rei, & intellectus tantummodo diuini est. Respectum nullum sive realem, sive rationis essentialiter in se continet; licet inter alius superuenias semper, & à nobis secus ferè non possit intelligi; ad distinctiæ posituum quid, & vel recipsa, ut in rebus creatis, vel ratione, ut in Deo sit distinctum.

50. Bonitas transcendentalis est intrinseca perfectio cuiusq; rei spectata non quoad accidentia, aut partes integrantes, sed secundum essentiali sibi propriam: nullam predominantiam in rerum natura oppositam habet. Bonum sub ratione appetibilis, difficulter Entis metaphysici reciprocam proprietatem esse concludimus.

*Omnia ad maiorem Dei, Deiparaeque;
Virginis gloriam.*

Cum facultate Superiorum.